post recessum die tamquam Priverno reversus domum rediret ac se ad pater=
nis oppidum profectum fuisse enarraret. Nihil contra hæc Illuminatus sed
duram eam provinciam quam potuit citissime aggressus ne mora ca=
stigi intentum patefaceret, ~~Octavo~~ igitur Januarij die Vesperi Ducem ac=
cedere more assueto volens ingredi ad eum non potuit, misso ergo tunc eo
qui plurimorum ~~[illegible]~~ damnorum causa fuit ab ipso petijt ut nunciatum
ferret duci Illuminatum veniam per aliquot dies eundi Privernum
petere et quam citissime reversurum, Egressus deputata concedi ~~[illegible]~~=
nunciavit eumque et posse (quasi diceret domum non reverteris) diutius ema=
nere Nihil hoc movit, Illuminatum neque etiam alia graviora quæ tunc tem=
poris in eius iniuriam agebantur scelera sed spretis universim pluribus
quæ hic enarrare nimis longum foret Priverno simulato itinere ad Tar=
digradi ædes se contulit. et clam apud ipsum stansit,

9 genn. Nono Januarij Die circa septimam noctis horam promente è cælo copiosissimo imbre
discessit ab urbe Celinagus clam pre[ce]denti die extra urbem demandatis equis
ascendit equum in procellosa ea tempestate, tribus associatus famulis pedite uno
reliquis equestribus, et iam iter per intortos tramites ~~[illegible]~~ perce=
perat, Sed tribus post abitum horis dux evigilavit crebro imbre et tonitru
commotus per famulos Celinagum ne per tantam pluviarum redundantiam
sequenti die cum avunculo venationem susciperet: ea enim statuta erat præ=
cedenti luce. Ipse famulus diu ostium pulsavit sed nemine un=
quam respondente et ostio duriter clauso patri universum retulit, ille quod
contigerat ex propria iam conscientia velut conijciebat, nudus nempe ad cubiculum
accurrit pulsat verberatque vario ictu portam donec prosterneret, nihil intus
reperiens neque hominum quemquam videns, quot qui erant excitavit et
quamprimum currus parari iussit conscendit eam et primo omnium magna co=
mitante caterva Tardigradi domum appulit, ille territus subitaneo adven=
tu an illuminatum postulatum venisset dubitabat. Media igitur elapsa iam no=
cte è lecto circumiecto solum Chlamyde duci per gradus iam venienti obviam
ivit. Ille statim petijt ut doceret filium et ubinam esset diceret si domi
detineret si alibi ivisset rem ex veritate quamprimum narraret. Ille
illuminatum petens illico fassus eum Aquaspartam iter incepisse, recessit
dux et alios scissitans, inventum fuit non ab uno Celinagum cum Illumina=
to et eclipsato mutatis equis in Flandriam recessisse, sparsa eadem
fuit vox per totam domum flentibus hinc inde fratribus et tota fa=
milia. Illuminati cubiculum aperuere, duos quos domi famulos reliquerat
ædibus expulere totus furor in illuminatum effusus, hunc inquiebant
si præ manibus esset lacereremus unguibus, hic solus mali omnis causa,